

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Qvæstio II. De Deo, an sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

prologo in Leuiticum, & alij Patres. Denique ex materia seu re significata vtroque sensu, iudicandum est in particulari, quando unus sensus præstantior sit alio. Illorum enim verborum Deuter. 25. Non alligabis os boni triurani, spiritualis sensus, quem Paulus 1.ad Corinthios, 9. explicat, nempe alenos esse ministros Ecclesie, præstantior est sensu literali. Vnde continuo subiungit Paulus: Nunquid de bobus cura est Deo, An propter nos utique hoc dicit.

A à posteriori, per discursum ex rebus creatis profectum, posse cognosci.

Addebamus deinde, si loqueremur de propositionibus quoad sua significata, ut tamen propositionibus ipsis significantur, tunc locū non habere divisionem illam propositionis per se notā, in eam, quæ est per se nota secundum se & non quoad nos, & in eam quæ simul est per se nota secundum se & quoad nos: quoniam quando extrema concipiuntur, & significantur confusè, atque adeò insufficienter, vt ex terminis intelligatur prædicatum conuenienter subiecto, res, qua ratione ita significatur, atque vt obiectum est talis propositionis mentalis aut vocalis, neque secundum se, neque nobis est per se nota: quando vero extrema concipiuntur, & significantur ita distinctè, vt ex terminis necessaria connexio prædicati cum subiecto perspiciat, res, qua ratione ita significatur, atque vt est obiectum talis propositionis mentalis aut vocalis, est per se nota in se, atque etiam nobis. Quare cùm in rebus secundum se nulla sit propositio, sed solum ut apprehendunt ab intellectu, aut ut significantur his aut illis vocibus vel scriptis, sit vt propriè loquendo, nulla propositione sit dicenda per se nota secundum se, quæ non sit etiam per se nota nobis, vt Scotus rectè affirmauit: Longè namque diuersa propositio est, qua extrema concipiuntur distinctè & sufficienter, vt ex terminis prædicatum conspiciantur conuenienter subiecto, ab ea, qua non ita id concipiatur. Esto res, quæ utraque propositione significantur, eadem prorsus sit. Quia ergo D. Thomas hoc loco locutus est de propositione per se nota, quoad rem significatam dumtaxat, & non vt his vel illis terminis significatur, aut his vel illis conceptibus apprehenditur, vt verissimè dixit, dari propositionem per se nota secundum se, & non nobis: tametsi minus propriè locutus sit, neque in eo senfu id negat Scotus, nec iure negare potest.

*Deum esse nō
est per se nota
cum nobis.*

D. Ut ergo ad rem redeamus, conueniunt Diuus Thomas hoc loco, Scotus, ceteraque Theologi cōmuniter, non esse per se notum nobis, Deum esse, atque ita proculdubio affirmandum est. Cuius rei efficacissimum argumentum est experientia ipsa. Quis enim in se ipso innatam Dei notitiam experitur? an non magis eam ipsam nos, vel docti ab aliis, vel ex proprio discursu ex rebus, qua sub sensum cadunt confessio, comparamus? Quis praterē vñquam propositis tantum terminis, atque explicata ipsa nominum significatio expertus fuit, se habuisse euidentem alienum, quod Deus esset an non potius discursu semper aliquo per ea quæ effecta sunt præmissio, eoque non ita facile cuique peruiio? At propositione per se nota ea dicitur, quæ ex suis terminis euidenter cognoscitur.

E. Verum dicunt aliqui, nomine Dei intelligitur id, quod inter omnia est maximum, & dignissimum: omnes autem intuentes res esse, statim ex terminis intelligent, inter eas aliquid esse maximum, atque adeò Deum esse, tametsi multi eorum errant, arbitrantur illud esse solem, aut rem aliam creatam, quam vt Deum venerantur.

F. Verum quām debile sit eorum fundamentum, ex sequentibus fieri manifestum. In primis namque non est per se notum, esse rem aliquam merè spiritualem, sed id ex discursu non ab omnibus facilè intelligitur: quod si rem seculas spiritualem, non est per se notum, inòd falsum est, esse aliquid nobilius hominē: quare esto nomine Dei intelligatur id, quod inter omnia est maximum & nobiliissimum, non est per se notum hominibus esse aliquid, quod ipsorum Deus sit.

Deinde,

*Ordo quem
D. Thomae ser-
uari.*

DISPENSATIS iis, quæ de sacra doctrina secundum se spectata erant explicanda, aggreditur primam partem ex quinque principiis, in quas vniuersam Theologiam in principio huius operis distribuimus, nempe explanationem Dei in se. Atque usque ad questionem 26. de Deo, quatenus unus quoad essentiam est, differit, quæ etiam prima erat illarum trium partium, in quas hanc primam summa Diuus Thomas partem à principio distinximus. Hac igitur questione, id, quod ceterorum est fundamentum, inquirit, videlicet an Deus sit: atque hoc primo articulo, An Deum esse sit per se notum?

*Infecti nobis
esse cognoscio-
nem, quod sit
Deus qui af-
seruerint.*

Et quidem Epicurus, ut est apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum, in ea cuius tentativa, vt affirmaverit, genies omnes perceptionem quandam (quam ipse prolepsim appellat) habere, quod Deus sit, naturaliter hominum animis sine lege, sine more, sine instituto, aut sine doctrina insertam. Quam sententiam sequitur eo in loco Tullius. Eudem subscribunt Damascenus 1. lib. fidei orthodoxæ cap. 1. ita inquiens, Attamen haud quaque nos deseruit Deus omnimoda sui circumfusos ignorantia, quinimò cunctis cognitione, quod Deus sit, ab ipso naturaliter insita atque ingenita est. & Hieronymus (aut quicunque verus eius operis autor) in illud Ioh 3. 6. Omnes homines vident eum, & in illud Psalmi 95. Etenim coherexit orbem terra, dicens, notitiam Dei naturaliter insitam esse cordibus nostris. Quare hi omnes consciente videntur, quod Deus sit, per se notum esse, licet non sit per se notum, qualis sit, nimis quod sit infinitus, prima causa, &c. Hanc eandem sententiam affirmat Abulensis quæst. 2. in 5. caput Exodi, & in eadem videtur esse Anselmus in libro contra insipientes.

*Deum esse
nobis non est
per se notum,
sed à po-
teriori per de-
finitionem co-
gnoscitur.*

Quæstio proposita, quæ à Theologis disputatur in 1. dist. 2. & 3. latr. discussa à nobis est 1. Posteriorum cap. 3. quæst. 1. ubi conciliantes D. Thomam cum Scoto diximus, rem quidem significaramus hac propositione, Deum est, si spectetur secundum se, & non vt his, vel illis terminis significatur, aut vt his, vel illis conceptibus apprehenditur, esse quidem secundum se per se notum, id est, ex suis tantum extremis cognoci posse eam esse veram, quo pacto res ipsa cognoscitur à beatis, qui diuinam essentiam manifestè intuentur. At vero nobis, qui in hac vita apprehendimus extrema confusè, nec penetramus naturam Dei, aut de illa proprium formamus conceptionem, nisi per negationem imperfectionis, aut per respectum ad res creatas, qua ratione concipiimus illarum ens infinitum, aut principium omnium rerum, vel aliquid simile, non esse per se notum, sed solum

Refutatio.

A Deinde, abque discursu cognosci non potest, non dari propter infinitum in corporeum numerum in rerum multitudine: ergo non est per se notum dari aliquid praestantissimum inter omnia entia, quod sit reliquorum Deus. *Et hanc in modis*
B Præterea nomine Dei non intelligimus quamcumque rem præcipientem, sed eam, quæ ita sua nobilitate & excellētia cetera superet, ut ab ea tamquam à prima ac potissima causa vniuersa dependant, quam prouide ut Deum venerari ac colere debeamus: et autem rem talem in rerum natura, non est per se notum, sed discursu & probatione opus est. Mitto alia, quibus idem fundatum infirmari facile posset, *admodum falso*. *admodum*
C Confirmatio ex scriptura libro. *Conformatio*
D *Primi obie*
E *citor.*
situatione, qua à parentibus liberi, à proceribus & peritoribus impetrati, quique de plebe informari solent. Athanasius etiam (aut quisvis alius eius operis auctor) & Chrysostomus in illud Pauliad Romanos primo, *Quod notum est Dei*, &c. nomine notitia de Deo nobis inditæ, non aliud planè, quam quod paulo autem explicatum est, intelligunt. D. Thomas hoc loco alterum Damascenum exponit.
Caterinus probat aliquis esse nobis per se notum Deum esse. Primo, quoniam haec propositione, *Deus est coelus*, est nobis per se nota tanquam principium morale immediatum, cui explicatis et minimis nullus potest plus dissentire, quam nisi alius, *Malum est fugendum*: *Quod tibi non vis feri, alteri non debes facere*, &c. Secundo, nemo potest assentiri huic principio, *Deus est coelus*, quia prius assentiat Deum esse: ergo ea propositione est nobis per se nota.
Secundo, quoniam esse, est ipsa quidditas Dei, idemque prioris cum Deo, ut questione tercia est ostendendum, ad propositionem, quæ res aliqua ipsi met tribuitur, est per se nota nobis, propter suam nibil cogitari possit, cum contradictorio sua proprieitate. ergo Deum esse, est per se notum nobis.
Ad primum, respondent aliqui, principium illud præstabilitum, *Deus est coelus*, esse per se notum ei, quia speculatiæ cognoscit Deum esse: non vero ei, qui Deum esse ignorat: eò quod notitia illa practica supponat notitiam illam, aliam speculacionem, ab eaque pendeat. Fortassis tamen simpliciter est concedenda maior, quæ aeterna videatur veritatis

Ad hac, nemo assentitur contraria parti eius,
qua per se nota est: Psalmo autem 15. Propheta ait,
Dixi insipiens in corde suo, non est Deum. Multos pre-
terea constat, naturam diuinam è medio Lusitilis, D
in quorum numero fuit Theodorus quidam; et celte
Marco Tullio in primo libro de natura Deorum;
paulò ante finem: & Diagoras, qui ob eam causam
ubiq; dicitur est, id est, sine Deo. Brasiliæ quoque re-
gionis incolas, antequam Lusitani in eas oras nau-
igassent, nullam penitus Dei cognitionem habuisse,
nec rem aliquam, ut Deum, coluisse, certa multo-
rum relatione accepimus.

Ex diétis colligi potest, tam rudes & intulcos posse aliquos homines esse, vt maxima cum probabilitate affirmare possumus, in cis ignoracionem invincibilem Dei posse reperiri: quod primum & secundum cum de ignorantia ageremus, obleriuimus: Porro ea ignorantiae exculabuntur à peccato iniuriae, & quod Deum non colant, nec ei honora debitus exhibeant, non erit eisdem culpe tribuendum: spectata tamen natura hominum, qui quidem in manu consilii sui constituti sunt, arque ordine rerum à Deo instituto, satis supérque Deus hominibus prouidit, quod attinet ad notitiam, quam de divina natura haberi debet. Non so-

Deum quan-
ta pruden-
tia curauit
et recte-
dum dimit-
tus est quod
homines.
ordine rerum à Deo instituto , satis supérque Deus
hominibus prouidit , quod attinet ad notitiam ,
quam de diuina natura habere debebant. Non so-
lum enim lumen naturale , acuménique intellectus
illis tribuit , quo , qui prudentiores forent , in noti-
tiam veri Dei per ea , quæ facta sunt posseuerent
etiamque ceteris communicare , sed etiam à prin-
cipio primum parentem Scientia & fide supernatu-
rali imbuat , à quo notitia veri Dei , & aliarum rerum ,
que necessaria erant ad salutem , in posteros deri-
uaret , ac deinde per interualla temporum incre-
dibili rerum diuinarum luce , tum Verbo incarna-
to , tum aliis concionatoribus predicantibus , abun-
dè vniuersum orbem terrarum illustravit.

Damasenus & Hieronymus citati
non aliam fortè notitiam Dei inditam hominibus
intellexerunt, quām ipsum lumen naturale, quo di-
uinum inuestigare possemus, adiuti celebri vniuer-
sarum pene gentium fama, quod Deus sit, atque in-

sitione, qua à parentibus liberi, à proceribus & perioribus imperiti quique de plebe informari so-
lent. Athanasius etiam (aut qui quis aliis eius operis
auctor) & Chrysostomus in illud Pauli ad Romanos
primo, *Quod nōnum est Dei*, &c. nomine notitiae de
Deo nobis indicat, non aliud planè, quam quod pau-
lo àre explicatum est, intelligunt. D. Thomas hoc
loco alterius Damascenii exponit.

Ceterum probat aliquis esse nobis per se no-
tum Deum esse. Primo, quoniam hæc propositio
Deus est calendaris, est nobis per se nota tanquam
principium immobile immediatum, cui explicatis tota
minus nullus potest plus dissentire, quam si ab his
*Malum est fugiendum: Quod ibi non vis fieri, alteri non
debet facere*, &c. Sed nemo potest assentiri huic prin-
cipio. *Deus est calendaris*, quia prius assentiri Deum
esse ergo ea propositio est nobis per se nota.

Secundo, quoniam esse, est ipsa quiditas Dei;
idemque prout cum Deo, vi questione tercia est
ostendendum, sed propositio in qua res aliqua ipse
met tribuitur, est per se nota nobis, præterim sicut
nil aliquid cogitari possit cum contradictorio sive propriæ
essentiæ ergo Deum esse, est per se notum nobis.

Ad primum respondent aliqui, principium illud
practicum, *Deus est calendaris*, esse per se notum
ei, quia speculatio cognoscit Deum esse: non vero
ei, qui Deum esse ignorat: eo quod notitia illa pra-
etica supponit notitiam illam aliam speculativam,
ab eaque pendaat. Fortasse ramus simpliciter est
concedenda maior, que æternæ viderit veritatis,
sive extrema existant, sive non existant. Idque su-
deri potest quoniam omnium propositio conditionis
vera fundatur in necessaria conponitione terminorum
antecedentis & consequentis, sive extrema
existant, sive non existant, que quidem ratione dei-
componit, conditionalem propositionem in nihil con-
ducere in esse, ut hæc propositio conditionalis vera
sive hominis animali, fundatur in necessaria con-
nexione, quod cultus, debitus sit naturæ diuinæ.
Vnde quilibet mortaliū, cui fuerit explicatum
quid Dei nomine significetur, nempe prima omni-
um rerum causa, à qua ex altera per intellectum &
voluntatem emanarunt, & quid significetur nomi-
ne debiti cultus, continua assentitur, cultum natu-
ræ diuinæ à suis creaturis deberi, sive verum existi-
met naturam diuinam & creaturas esse, sive non.
Sicut etiam nemo est, qui intellegat, quid nominis
bus parentum, filiorum, & honoris significetur, qui
continuo non assentiantur parentes à filiis esse ho-
norandos, sive verum sit filios & parentes existere,
sive non. Iuxta haec igitur concepta maiori, si sensus
illius sit, Deo debitus est cultus, neganda est minor
vit ceterum: quis maior illi proportioni assentiarunt,
neceps nequam est, ut intellegat Deum esse, sed
satis est si intelligat illi deberi cultum, ex hypothesi
quod sit. Quare cuicunque mortali simpliciter est
per se notum, hoc est, ex sola terminorum explica-
tione manifestum, Deo debitus esse cultum, cum
tamen non sit eodem modo per se notum Deum
esse, sed opus sit ad eam notitiam discursu non ita
cuius mortaliū facile perueni. Posset rōta res illu-
strari exemplo: ut sicut definitio perfecti oratoris il-
li conuenit, sive perfectus orator in rerum natura
existat, sive non: atque sicut definitio Chimera illi
conuenit, esto contradictione implicite Chimera
non existere: sic etiam hoc, quod est cultum illi de-

Ad secundum.

bitum à creaturis, verè tribuatur natura diuina, sive tam ipsa quam res creatæ existant, sive omni creatant existentia.

Ad secundum concessa maiori, dicendum est: minorem tantum esse veram quando termini, aut conceptus, quibus idem sibi ipsi tribuitur, sunt synonymi, veluti quando dicitur *homo est homo*, aut *Deus est Deus*, vel quando effo termini aut conceptus non sint synonymi, penetratur tamen quid illis significetur: secus autem quando synonymi non sunt, nec penetratur quid illis significetur, nunc etenim ex nostra ignorantia prouenire potest, ut caro dei rem sibi simili tribuamus, & nihilominus arbitremur unam cum altera non cohaerere. Ad illud etiam, quod dicitur, nos non posse cogitare rem aliquam cum contradictrio essentia talis rei, dicendum est: id quidem esse verum, si illam quidditatē agnoscamus; secus autem si conceptu confuso, aut minimè quidditati, tam rem ipsam, quam contradictriorum essentiarum illius apprehendamus, quo patet Deus in hac vita concipiuntur.

Illud in hoc articulo adiuvgam. Quum duo necessaria sint, ut propositio aliqua per se nota sit, veluti primo Posteriorum capite tertio, dicebamus: unum, ut ex notitia extermorum cognosci possit ea inter se necessariam connexionem habere: iterum vero, ut careat medio ex quo possit à priori, ut aiunt, demonstrari: plane hæc propositio, Deus est, qua ratione in hac vita à nobis concipitur; non ex eo non est per se nota nobis, quod habeat medium, etiam quo ad nos, ex quo à priori possit demonstrari: verum quod notitia extermorum ita obscure, atque imperfecta sunt, ut vi earum non possimus indicare unum extermorum ex natura rei alteri conuenire. Quare neque per se nota est, neque demonstrari potest à priori, quicquid Gabriel in 1. distinctione tertia, questione quarta, affirmat, ubi existimat, demonstrari posse à priori per notitiam, quam de Deo formant Beati.

Verum nec medium illud à nobis adhiberi in demonstratione potest, ut patet: neque, si posset adhiberetur causa, aut ratio, ob quam predicatum conuenire subiecto, & subinde demonstratio ipsa non esset à priori. Quod enim demonstratio, qua ex definitione subiecti demonstramus passionem, sit à priori, ex eo est; quod definitio significat distinctas partes subiecti, que sunt re vera causa, ex quarum coniunctione passio refusat.

ARTICVLVS II.

Virum Deum esse demonstrari posse.

Prima conclusio.
Demonstrari
non potest à
priori Deum
esse.

Secunda
conclusio.
A posteriori
potest de-
monstrari.

PRIMA conclusio, quam hoc loco Diuis Thomas finxit, est: A priori demonstrari non potest, Deum esse. Cuius rei hæc est ratio. Quoniam etenim esse sit ipsam etenim Dei, & fundamentum omnium diuinorum attributorum, plane neque vera causa, neque ratio à priori, etiam nostro modo intelligendi, excoigitari potest, per quam, Deum esse, demonstretur.

Secunda conclusio. A posteriori, sive ex effectibus, qui à solo Deo possunt produci, demonstrari potest, Deum esse. Hac communis est, non solum scholasticorum sed omnium, sed & sanctorum Patrum, Hieronymi, Ambrosii, Anselmi, Bedae, Athanasii (si est eius operis autor) Chrysostomi, Oecumenii, Euthynii, & ceterorum expositorum in illo locum Pauli ad Romanos capite primo, quod

nōnum est: Dei manifestum est: in illis, &c., eiusdem Chrysostomi homilia 9, & 10. ad populum Antiochenum, Augustini tractatus secundo in Ioannem, & alii locis quæ citat Beda in eundem locum Pauli, Gregorij in illud Iob, & omnes homines vidēti eum, Damasceni libri primo, fidei orthodoxæ, capite primo, tertio, & quarto, Dionysij de diuinis nominibus capite septimo, & aliorum: nullus vero, nisi similes.

Probatore vero ex eodem testimonio Pauli, Quod nōrum est, inquit, Dei (id est, quod de Deo investigari potest) manifestum est in illis, Dei enim illis manifestatur. Et nō putat enim per Anglos, per Prophetam, aut Euangelistam (ut super Paulum, & homiliam 9, supradicta citata Chrysostomus recte adnotauit) subiungit, inuisibilis enim iphus à creatura mundi, id est, ab homine, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, simpliciter quoque eius virtus & diuina: hæc autem intellecta conspici non possunt, nisi Deum esse conspicatur, quod evidenter manifeste denotat. Probatur deinde ex illo, Sapiencia 13, vbi scriptura gentes, quæ creaturas tanquam Deum coluerunt, increpat, De his, inquit, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere cum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex. Et infra: A magnitudine speciei & creature cognoscibiliter poteris creator horum videri. Idem probatur ex illo Psalmi 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum: quod testimonium latè prosequitur & explicat Chrysostomus homilia 9, citata.

Ex his patet, non solum temerarium, sed in fide minimè tutum esse, ne amplius dicam, negare secundum conclusionem propositam: quam tamen negauit Petrus de Alia, & quidam alii, quos super preso nomine refert D. Thom. 1. contra gentes. M

ARTICVLVS III.

Virum Deum sit.

CONCLUSIO Diuis Thomæ affirmat, est: que non solum de fide, ut patet, ex illo Exodi 3. ego sum, qui sum, & qui est, misit me ad vos, atque ex immensis aliis locis sacra Scriptura, sed etiam est fundamentum ceterorum, qua de fide tenemus. Si namque Deum tollas, cetera, quæ de fide creduntur, tollas necesse est.

Circa rationes Diui Thomæ notat Caietanus, non afferri ad probandum, Deum existere, quatenus ens quoddam à concretione materie, ac mutatione liberum est, &c. sed solum ad probandum praedicata quædā, que Deo conuenient, ut mouens immotum, primam causam &c. existere in rerum natura. In progressu namque ostenduntur alia ipsius Dei attributa, hecnon esse unum tantum, & non plures. Primam rationem D. Thom. deduximus latius 8. Physicorum c. 6. quæst. 1. ad mentem Aristotelis.

Adliendæ tamen sunt nonnullæ aliae rationes, quibus apertum demonstretur proposita conclusio. Atque prima sit. Nulla earum specierum, que intra orbem Lunæ continentur, habet esse ex se: ergo aliqua causa superior est in resum natura, à qua primò esse accepterunt: hæc vero non est corpora celestia: ergo est substantia corporis expers, excellenterque nature. Rursus, vel talis causa ex se habet esse, vel habet illud acceptum ab alio. Si ex se, ergo datum substantia corporis expers, que ex se ipsa existat, quæque causa sit effectrix harum rerum inferiorum: hanc vero Deum appellamus: ergo Deus est.

Deum esse
demonstratur
quaeratur effi-
cacious ra-
tionibus.
Ratio prima.

A est. Quod si haberet esse acceptum ab alio, cum non detur progressus in infinitum: eò quod posteriora esse non habeant, nisi virtute priorum, & tota collectio ex se non sit, sed opus sit ab alio produci si existere debeat, dandum proculdubio erit aliquid primum, quod carceris eminet, & quod origo sit cæterorum, ipsum vero neque à se ipso producatur, (si quidem nihil magis fieri repugnat, inter ea quae nulla ratione esse possunt, quam eandem rem à se produci, ut Augustinus primo de Trinitate cap. i. & aliibi affirmat, ut enim se ipsum produceret, deberet praet intelligi esse, antequam produceretur, atque ita esset, antequam esset, quod contradictionem inuoluit) neque ab alio, sed ex se necessariò sit, hoc autem Dèum appellamus ergo Deus est.

Primum antecedens precedentis argumentationis, nempe nullam earum specierum, quæ infra orbem luna continentur, habere ex se esse, ita probatur. Quoniam nullum individuum earum habet esse ex se: ergo neque species ipsæ habentur. Patet consequentia, quoniam species non habent esse, existentiavæ, nisi per sua individua. Quod si quis dicat, licet nullum individuum speciei equorum, verbi gratia, habeat esse ex se, speciem tamen ea ratione habere suapte naturæ esse à suis individuis, & non ab aliquo alio, quod hic equus produktus est ab illo, & ille ab alio, & ita progrediendo in infinitum versus æternitatem, ita ut neque datum fuerit primus, neque aliquis productus sit à genitore alterius speciei, aut naturæ. **Quo** quidem modo Aristoteles generationes ex aeternitate proculdubio fuisse existimauit. Si quis, inquam, hoc dicat, in primis inadmetat, speciem equi ex se non alienam naturam habere, si modò producatur, & aliam si producetur ex æternitate: at modò, cum ex se non habeat esse, non posset producī, nisi à genitore alterius speciei, aut naturæ. ergo cum ex æternitate ex se etiam non haberet esse, effici non posset nisi à generante alterius naturæ. Quare ut capite 8. Physicorum ostendimus, generationes esse non poterunt ex æternitate eo modo, quo Aristoteles eas fuisse existimauit. Deinde, cum de tota collectione individuum speciei equorum verè affirmemus, nullum individuum eiusmodi collectionis habere esse, nisi ab alio ei conferatur, extrahaturisque de non esse ad esse, qui sibi persuadere poterit, tam collectionem, cuius omnes partes eam habent naturam, scipiam ratione suarum partium, extraxisse de non esse ad esse, constituuisseque se ipsam in rerum natura? Profundò nullus, qui iudicio valuerit, & neque attente considerauerit, id sibi persuadere poterit, sed necessariò cōsiderabit, aliquem alium esse auctorem, tam speciei equorum, quam reliquarum rerum, quæ infra orbem lunæ continentur, qui primò eis contulerit esse: id, quod Aristoteles etiam creditit.

Prima consequentia, quod scilicet inde sequatur, aliquam causam superiorēm esse in rerum natura, à qua eiusmodi species primò esse accepérint, perspicua est. Danda namque necessariò erit alia causa: & cum illa æquiuoca esse debeat, erit viisque superior: siue ea sit vna tantum, siue multiplex: quoniam hæ ratione solum probare intendimus, naturam diuinam admittendam esse, nihil interim curando, vtrum vna sit, an multiplex.

Minor vltterius subsumpta, videlicet, quod ea causa non sit corpus cœlestis, probatur. Quoniam orbes cœlestes, ut experientia testatur, & philosophi omnes farentur, vim non habent ad producendum individuum alicuius speciei rerum perfectarum, cuius

genesis est homo, equus & similes, si tollas concursum alicuius alterius individui eiusdem speciei.

B Secunda vero consequentia, nempe quod inde sequatur, causam illam esse substantiam corporis ex parte, probatur. **C** **Materiam** **prima** **cre-** **atis** **esse** à non sint alia corpora, prater corpus cœlestis, & ea **Deo** **demon-** **qua** **intra** **orbem** **Lunæ** **continetur**, utique si prima **statutus**, **causa** **corum**, quæ orbis Luna ambitu contingentur, non sit corpus cœlestis, erit substantia aliqua excellentioris naturæ ac corporis expers. Reliqua, quæ in superioris argumentationis progressu adduntur, sa- tis perspicua sunt.

Secunda ratio præcedentem coadiuvaat hujusmodi est. Imperfæctissima substantiarum omnium tam completarum, quam incompletarum, non habet esse ex se: atque materia prima caducarum rerum talis est: ergo ea habet esse ab alio: sed non aliter, quam per creationem: ponenda igitur est causa, quæ materiam creauerit, atque adeo constituenta est alia substantia corporis expers habens esse ex se, quam Deum appellamus.

C Maior propositio, quod imperfectissima substantiarum omnium non habet esse ex se, videtur notissima. Quoniam cum perfectius sit habere esse ex se, quam habere illud acceptum ab alio, in id proprium sit prima causa, à qua cetera emanant, imperfæctissimum effet affirmare, imperfæctissimam omnium substantiarum habere esse ex se, quandoquidem probatum est, cetera lunari orbe contenta, tam completa, quam incompleta, ab alio quodam esse & tunc suum esse accepisse.

Minor, quod scilicet materia prima imperfectissima sit omnium substantiarum, etiam incompleta, & similiter perspicua est, & ab omnibus concensu, est enim pura potentia, & vt Augustinus 12. confessio- num. c. 6. & 7. ait, *sit præponibilis*, pœdens quod ad suum esse à forma, per quam determinatur ad perfectio- nem, & esse rerum completarum. Consequentia prima, quod scilicet inde sequatur habere esse ab alio quodam effectore, probatione non indiget.

Minor vltterius sublumpta, videlicet quod non habeat esse nisi per creationem, ex eo ostenditur necessariò, quoniam effici debet nullo presupposito subiecto, eò quod nullum detur subiectu prius illa, atque adeo fieri debet ex nihilo, ac proinde per creationem. Cum vero materia prima sine forma naturaliter existere nequeat, recte sequitur, species rerum caducarum, vel omnes, vel saltem aliquas accepisse esse per creationem, materialièque concretam fuisse simili cum illis, neque aliter primò produci posse, (modò naturali ordine producerentur) quam per creationem. Quod si quis responderet, materiam primam diuina virtute producnam fuisse sine formis, deinde ea per suppositionem, species rerum fuisse productas, iam, velle, noller, diuinam naturam assereret, quod probare contendimus. Secunda con- sequentia manifesta est.

Vltima probatur, in primis quo ad priorem partem qua colligebatur, causam materię creatricem esse corporis expertem. Primo quoniam nullum corpus suapte naturæ creare potest: inde enim emanauit axioma illud inter philosophos omnes naturales receptissimum, cuius Aristoteles meminit primo Physicorum, *ex nihilo nihil fit*. Respi- cientes namque ad sola corpora & agera natura- lia, axioma illud, ut rem notissimam statuerunt. Imò D. Thomas potentiam infinitam necessariam esse ad creationem existimat, neque à causa prima adhuc instrumento creationem posse attingi, sed per se ipsam immedietè, quicquid creat, efficere: eò

*Species ali-
quæ rerum
caducarum
productas
fuisse à Deo
per crea-
tionem
probatur.*

D 2 quod

quod causa secunda ad eum modum agendi euehi, A etiam diuina potestate, non posse, v. quicquam agat, nisi actioni presupponatur subiectum, qua de re alio loco disputandum est. Potest etiam ex eo probari corpus creare non posse, quoniam corpora non attingunt substantiam productionem, nisi mediis accidentibus prius productis: non possunt autem produci accidentia nisi in subiecto: ergo corpora nihil possunt efficere, nisi in suppositum subiectum, ac proinde creare non possunt. Si ergo datur causa que materialia efficiat, & corpus esse nequit, vt ostensum est, scilicet sequitur, esse substantiam corporis omnipotentem. Secundo, causa illa creavit totam materialiam rerum caducarum, & non partem mediante alia parte, maximè cum materia prima nullius sit auctiuitatis: ergo omnes partes immediatè & creavit, & creates conseruant, arque adeò necessario debet esse præsens secundum suam substantiam singulis partibus materia. Probat hæc ultima illatio (cetera namque non agent probatione) quoniam cum nihil agat in rem loco distancem quin prius agat in propinquam, cuius interiuero in rem distancem suam actionem transmittat, plane quæcumque causa efficiens, si proxima & immediata est suo effectui, præsens, & ab eo minimè distans esse debet. Ex his autem constat, bene deduci consequentiam illam, darum causa, que materia rerum inferiorum contulit esse per creationem, ergo illa est substantia corporis exparsa, quo dicitur, dñe substantia corporearum, atque adeò duo corpora ad prædicamentum quantitatis pertinentia, sicut mutuò penetrarent in toto spacio, quod infra orbem lunæ continetur, quod nullus admittit. Adde, quod nemo designare posset, quodnam esset illud aliud corpus, quod cum corporibus, que intra orbem lunæ continentur, penetratiū esse defendet.

Cœlestia corpora à Deo fuisse creatæ demonstratur.
Deum agere per intellectum & voluntatem, liberisque arbitrio polvere demonstratur.
Si vero ab aliquo uno effectore res caducæ effectæ sunt, vt ostendimus, ab eodem quoque effecta fuisse corpora cœlestia fatidum necessariò erit: quod ita ostendit paret. In primis pono effectorem rerum caducarum eas produxisse non solum per intellectum & voluntatem, sed etiam liberè. Id quod eo facile patet, quod inter eas hominem libero arbitrio prædictum produxit, cui conferre non potuit liberis arbitrijs perfectionem, quin altius & perfectius ipsa quoque hominis effectus illi haberet: præsertim cum arbitrii libertas perfectio sit simpliciter, quippe cum uniuscunque qua ratione ens est, melius sit, eam habere, quam non habere, absurdumque sit primam causam carere perfectione aliqua huius generis, quam suis effectis tribuere valeat. Quo sit, vt effectus rerum caducarum eas per intellectum & voluntatem, liberisque produxit. Quo posito, in hunc modum ostendo principale institutum. Cum effectus rerum caducarum liberè eas produxit, potuit sane eas non producere, si veller: si ergo quis dicat orbes cœlestes non fuisse effectus ab eadem causa, è quares caducæ producæ sunt, fateatur necesse est, re ipsa aliquando fuisse, aut saltem esse per triplum vacuum intra orbem lunæ, veller, nollet, causa, que orbes produxit, eo ipso quod causa rerum caducarum eas intra orbem lunæ non produceret, aut non veller producere: cum ergo sublatum miraculo, omnino naturali rerum ordini ac conservacione, repugnet vacuum, vt non solum experientia, sed recta ratio prædictabit, consequens est, vt, nisi luminis rationis naturali repugnare velint, negare nemo possit dari substantiam quandam corporis expertem quia auctor atque opifex torius vniuersi, quo ad supera atque infera corpora, constitui debeat.

Probanda deinde restat posterior pars ultima. Dicitur haec consequentia, nimirum quod sequatur, prædictam bire esse à se caitam ex se habere esse. Quoniam si ea substantia non haberet esse ex se, utique haberet esse ab alio: & cum non detur processus in infinitum, nec corpus productionem spiritus possit attingere, tandem deueniendum est ad substantiam corporearentem, habentem esse ex se, quæ reliquorum esset causa, fons & origo, ceteraque proinde in se conseruat eminenter, quam Deum optimum & maximum appellamus.

Tertia ratio est. Animus rationalis est immortalis, B existitque independenter à materia, vt colligitur ex modo operandi ipsis, quod fusi ostendimus; libro de Anima: ergo productus independenter à materia, atque adeò per creationem. Cum ergo nullum corpus vim habere possit creandi, admittenda erit substantia spiritualis, quæ ex se habeat esse, præfensque sit rebus inferioribus, animosque hominum ex nihilo creatos corporibus infundat: hanc autem Deum appellamus: ergo Deus est. Primum antecedens supponimus ex dictis 3. libro de Anima. Prima consequentia pater; secunda vero eodem modo probari potest, quo alia similis in precedente ratione ostenta fuit. Quod igitur hac ratione contendimus, est, quæ efficaciter ac evidenter probatur, rationale animum immortalem esse, produciturque per creationem, tam efficaciter & evidenter Deum esse ex eodem capite concludi.

Quarta ratio sumi potest à gubernatione & iuidentia diuina, quæ in rebus creatis, tōtōque vniuerso maximè eluet, ostenditque non solum Deum esse, sed & esse potentissimum, ac sapientissimum, agerisque per intellectum & voluntatem. Ea autem eiusmodi est. Entia omnia naturalia, agunt propter finem, & non solum singula agunt propter finem, sed si consideres vniuersitatem corporum, ex quibus mundi huius machina coalescit, inuenies ea tam coordinata, accommodata, consentientia, & subordinata inter se, vt nescias quid mireris, magnitudinemque, ac pulchritudinem vniuersi, multitudinem, varietatem, ac vires rerum quibus constat, an ordinem, consensionem, & concentum, quem eadem ipse res inter se identidem conferuant, ac retinent. Inuenies præterea singula, partisque etrogenas singulorum, tam bene accommodatas ad suos fines, ac tam aptè dispositas ad finem vniuersi, interdum etiam præter naturā alicuius partis propter bonum communius, vt nihil amplius à sapientissimo artifice in natura, tōtōque vniuerso desiderari posse videatur: at hæc omnia esse nequeunt, nisi detur aliqua causa agens per intellectum & voluntatem, à qua tum res, quæ cognitione aut ratione carent, tum etiam, quæ intellectu prædicta sunt, quo ad potentias, & operationes, que facultati liberi arbitrij non subsunt, ea ratione in suos fines dirigantur, quod ab ea esse, & vires ad operandum accipient, & nisi derur causa supra totum vniuersum, quæ potentissima, ac sapientissima sit, & ubique præfens, atque adeò corporis expers, que tandem ex se sit, & à qua totum vniuersum conditum sit, regatur, & gubernetur: cum ergo hanc Deum appellamus efficaciter institutum.

In probationem maioris, dicendum erat in primis de magnitudine vniuersi, celeritateque primi mobilis, ex magnitudine ambitus totius terra, quasi quibusdam gradibus descendendo per orbes omnes, quibus cōstat hoc vniuersum, usque ad supremum, cuius tanta compertur magnitudo atque celeritas, dum minori temporis spatio, quam viginti quartus horarum

horarum irregularium circulum conficit, ut mens humana succumbere videatur, neque magnitudinem tantam ac celeritatem comprehendere valeat, rapiturque in admirationem conditoris, qui tantam mollem efficerit, cuius natus Angelus tandem machinae ratione mirabiliter celeritate conuertat.

Dicendum erat deinde de multitudine rerum, ex quibus constat hoc vniuersum, atque admirans eum viribus distingueundi queant et sex gradus rerum, similiq[ue] multitudo ac vites cuiusq[ue] gradus erant explicandi.

In primo enim gradu sunt corpora simplicia, ex quibus vniuersum hoc, tanquam domus in qua cetera continetur, & velut theatrum in quo cetera proponantur, integratur ac coalefcit. Dicendumque erat de viribus celorum, quibus in hac inferiora agunt, atque de viribus elementorum, quibus in miro ordine tinentur, ad suaque naturalia loca ferruntur, & multa alia efficiunt.

In secundo gradu sunt mixta imperfecta, quæ ex halitu terra & aquæ vi astrorum extracto generantur, cuius generis sunt, venti, pluvia, cæteraque omnia, de quibus in libris Meteororum. Inter stupēdias verò alias eorum vites, enumerantur vis fulminis, tempestatis, exhalationis, qua terramotus est cau-

ac tenuissima exhalationis, quæ ter mota est et clausa, quibus similis eriam est ea vis, quæ corporibus omnibus indita fuit ad impedendum vacuum, quam nulla vis, quantumvis magna superare valet.

In tertio gradu sunt ea mixta perfecta, quæ videntur, quorum specifica multitudo, ac vires variae ante oculos mentis erant ytcumque collocandæ.

In quarto gradu sunt plantæ, quarum peculiares vires, tum ad morbos pellendos, tum ad varios virus, ac penè infinita multitudo specierum, quæ in variis orbis partibus procreantur, erat etiam vticunque in summa proponenda atque explicanda.

In quinto sunt animalia ratione carentia quorum tam diuersorum generum multitudinem, nemo est, qui non admittetur, si tam volatilia, quam terrestria, & quæ in aquis degunt, mente collutret, similique expendat penè infinitum multitudinem specierum cuiusque horum trium generū, quæ variis in regionibus, terra, mari, atque fluminibus gignuntur. Preter vires autem illis cum hominibus communes, aliquid etiam summatione perstringendum erat de variis instinctibus, ac peculiaribus illorū facultatibus.

In sexto denique ac supremo gradu homo est cuius vires proprie sunt intellectus & voluntas. Harum tanta est excellētia supra facultates omnium alias rerum corporearum, ut ratione earum ad imaginem similitudinēque sui conditoris dicatur effectus, siquaque liberi arbitrij, & suarum actionum Dominus, virtutisque, meritū, laudis, beatitudinis, a premij capax. Vnde Damascenus 2.lib. fidei orthodoxe cap. 12. ait, his verbis, *Ad imaginem Dei, vis intelligendi: arbitriisque libertas intelligitur.*

Duis prater
alia ex quic-
bus viis &
proficiat in-
sellebit ma-
sum eluces.
Ex duobus verò inter alia naturalis vis , atque
præstantia intellectus maximè eluet. Primum est,
quod tam multa , siue vniuersalia , siue singularia ,
simplici apprehensione valet concipere , eaque inter
se conferre , compонere atque diuidere , suprāque
suis operationes reflectendo , quid verum , quid fal-
sum sit , in iis , qua composituit , aut diuisiit , diuidicare .
Ex iis verò qua vera esse cognouit , quid recte , aut
non recte , colligat ut inquire & iudicare , eaque
ratione ex-notis in eorum , qua sibi ignota erat , co-
gnitionem discursu coniecturisque deuenire , alia-
que similia praestare , quibus opulentissimum , ac no-
bilissimum scientiarū atque artium comparat the-
saurum , atque ex iis qua sub sensum cadunt , noti-

A tiam eorum, qua materia carēt, à sensibūs que remo-
te sunt, cognoscendo affequitur. Que omnia obire
nulla ratione posse, nisi vis spiritualis esset à cor-
pore, quo ad suum esse, minime dependens.

Secundum est, posse infinitarum propter rerum imagines eo ordine in se ipso dispositas conferuare, & eisdem ita in cognoscendo ut, ut non solum in ipsarum rerum absentia cuiuslibet recordari possit, sed etiam pro arbitrio longissimas orationes, non perturbato verborum ordine, memoriter summa promptitudine recitare, ut experientia quotidiana testatur. Est vero thesaurus hic, tum memorie in-

B. telle&tiu^e, tum etiam sensitiu^e, quæ, propter coniunctionem cum ratione, præstantior est in homine, quam in ceteris animalibus, res tanta ac tam stupenda, ut inter res, in quibus maximè divina potentia ac sapientia fulget, merito sit computanda. Augustinum lege 10. confessionum à cap. 8. vñque ad 5. latè vim memoriae expendentem, eamque, ut par est, demirantem, que extollentem.

Nobilitas verò voluntatis vel in eo maxime splendet, quod ea sola prædicta sit libertate, mouetque ceteras potentias, que in homine libero arbitrio subditæ sunt. Quo fit, ut meritum aut demeritum in ea sola formaliter constitutum sit.

Cæterum quamvis intellectus & voluntas vire

D *spirituales sint, minimeque à corpore quo ad suum esse dependant, intellectus tamen ministeriophantasmatum indiget, vt ad suam naturam accommodatus, meliusque res percipiat. Quia de causa necessarium fuit, animum hominis corpori viri, hominique vires omnes eidem cum animalibus & plantis communes tribui. Propter intellectum namque necessarium fuit, vires sensitivas internas illi tribuimus, propter internas necessariorum fuit, vt illi tribueretur sensitivae externae: propterea virisque, & proprieatibus, ac loco mouentem, de quibus statim sermo, opus fuit, vt vis quedam illi conferatur, quam medici vitalem appellant.*

Quo loco attingendum est, tam facultas sentiendi internas & externas, quam appetendi loco mouendi, animales dici, indigere ad suae operationes spiritibus quibusdam, qui animam etiam, sive sensuum appellantur. Ii vero ex vitalibus generantur in cerebro, indeque per nervos, qui cerebro tamquam ab eo unum principio, & radice diriuntur, per totum corpus, & ad organa harum omnium potentiarum transmittuntur, ut illorum

E interuentu operationes animales fiant. Ut ergo l
ritus vitales essent, ex quibus sensitui generare
tur in cerebro, collata fuit homini vis vitalis, sic
et a quod fons, atque principium sitvum prop
animalis, ac velut fundamentum operationum o
nium, quae peculiari nomine animales dicuntur.

que
ter
que
sal-
aut

F

quales sunt cognitiones omnes, & qua cognitio
nem sequuntur, & ab ea pendent, cuiusmodi sunt
functiones virium appetentium, & loco mouentium,
qua omnes rationem spontaneam motionis, vel
gimnique libertatis participant, quatenus suo eu-
modo vestigium libertatis in eis appetitu senti-
tis a quo potentia cognoscentes & loco mouentes
aplicari solent ad operandum, & ab operatione re-
lati, quod alienum est a vitali vi, que non sponte-
mē naturaliter operatur.

Vitalis vis in corde residet, vbi est tons pripius & maximus caloris nativi, ab ea verò spiritus vitales ac ratione in corde generantur. A venâ deriuatur ramus quidam in dextrum ventrulum cordis, quo sanguis in cor influit: cor verò petuo mouetur motu dilationis, & constrictio-

*Memorie ad-
miranda vix*

*luntatio
bilitas ex
berrate
lender man
ime.*

Inimus hu-
manus pro-
ter vides
entientes
uibus ad
intelligendum
indiget, uni-
us est corpo-
s, collataque
unt homin-
es et cetera vita
les corporis
vires.

Sentienti,
appetendi, &
loco mouendi
vires Ani-
males dicur-
tur, indi-
gentque ani-
malibus seu
sensitiis
spiritibus ad
suas opera-
tiones.

Spiritus sensitivus seu animales ex vitalibus generatur in cerebro.
Vitalis vis quid estque distincta à viribus animaliis?

Vitalis vū in
cordē rōsider
Vitales spiri-
tus qua ra-
tione gene-
rentur.
Cordū vētri-
culi dexter
et sinister.

Dum ergo dilatatur, ventriculus ipsius dexter repletur sanguine: & quæ ibi effusæ sente, partes tenuiores sanguinis percollantur in finistrum, per membranulam quandam inter utrumque ventriculum interiectam, ubi amplius calore finis tri ventriculi acuuntur & perficiuntur: sanguis ergo ita percolatus, & in utroque ventriculo effusus, maximus genitus, calidus, ac spiritosus, alteriusque coloris à reliquo sanguine iam effectus, à medicis spiritus vitalis appellatur: is verò quo ad consecutionem & naturam rectè cum vino liquato aquam ardorem vulgus vocat.) comparari potest: simile namque cœnitatis efficaciam proportionem ad naturalem sanguinis substantiam habere videtur, ac vinum liquatum habet ad vinum ipsum naturale: unde liquoratio alieno vi ignis exhalati confluuit.

Arteria à sinistro ventriculo corda originem trahit, motu quo conficitur ex eo ventriculus, spiritus vitales per arterias diffunduntur per corpus animalium.

Pulsus arteriarum qui tatu in animalibus percipiuntur unde resultat.

Respiratio &

expiratio necesse.

Nutritio vita, qua à medicis naturali dictatur, cur animalibus data fit, & de partibus & instrumentis illis.

Appetens facultates cur animalibus collatae.

Porrò quando rursus cor motu contractionis mouetur, spiritus ita generari à sinistro ventriculo, per arterias ab eo originem trahentes, ac per totum corporis deriuatas, emittuntur, atque diffunduntur, vt in singulis membris vitam rucantur, maxima vera copia cerebrum petit, ut inde spiritus animalis ac sensitui generentur. Ex dilatatione verò & contractione cordis, emissione que spirituum vitalium resultat motus pulsationis arteriarum, qui tamen deprehenditur in variis corporis partibus, indicatque prosperam, an adiusta sit valetudo animalis. Propter nimium verò feroxem cordis, necessaria est continua refrigeratio per respirationem & expirationem aëris, qui pulmonibus attributus.

Propter vim vitalem, atque adeò propter reliquas enumeratas, atque ut in corpore instauraretur, quod continuo necesse est confundi actione caloris naturali, collata est homini vis nutriendi, que licet inter vitales potentias (summa vita latè) communeretur, à medicis tamen vis naturalis appellatur. Porfò, ut tales spiritus vitales, & sensitui generentur, quales ad operationes animales necessarii sunt, non qualcumque nutrimentum, sed selectum, multisque modis prius preparatum, decoctum, ac defocatum necessarium est: qua de causa necessarium quoque fuit, tot instrumenta, ac vires illi coniungi, quibus aliis numeris reretur, concoqueretur, defecaretur, attraheretur, inutilibus & impuris partibus expulsi.

Facultas appetendi, & loco mouendi propter vires, de quibus haec tenus cœlum est, ideo collata sunt homini, ceterisque animalibus, ut quæ conuenientia sunt, prosequantur, querant, preparent atque operentur, que verò noxia sunt, fugiant, declinant, atque propulsent, atque ad alios similes vias.

Vires etiam cognoscentes vicissim ad appetendi ac loco mouendi facultates suæ natura ordinantur, quibus obiecta ostendunt, easque ea ratione ad suas operationes excitant, ad quas etiam tam vitales, quam nutritiendi facultates, ut suprà explicatum est, ordinantur: quare ha omnes potentias viarum operam sibi præstât, atque ad se inuicem tantum ad fines ordinantur: tamen si quæ perfectiores ac superiores sunt, inferiorum potius fines dicenda sint.

Cognoscens, appetentes, vitales ac nutritiue vires ad seminuicem ordinantur.

Facultas loco mouendi prævia cognitione, atque

ad imperium appetitus sensitui, suos actus tanta

promptitudine elicit, ut teste Augustino 8. confes-

sionum c. 9. vix à scutio discernatur imperium, at-

que tam peculio modo, ut neque homo ipse, qui

imperio simil voluntatis, atque appetitus sensitui membra in quacumque partem mouet, modum, quo id efficiat, fatis percipiat. Licit autem in homine appetendi vis, quo ad alios suos actus sapè voluntati plenè non pareat, quoad illud tamen imperium, quo motum animaliem membris imperat, voluntatis omnino obtinet, neque in bestiis quo ad alios actus plus cernitur vestigium libertatis in appetitu sensitui, quam ad imperandum motum localem animaliem. Ab eiusmodi loco motrice proueniunt, tam motus pulmonum, quo aëris respiratione attractus ad arterias vocalem percurret, quam lingue, labiorum, aliorumque instrumentorum, quibus efformantur varijs modi vocum, unde viterius resultat, sermo oris, voces animalium, modulationes, & cantus tamen hominum, quam ceterorum animalium. Ab eadem vi mouentur oculi in variis partibus, clauduntur & aperiuntur palpebra, mouentur instrumenta oris ad comedendum & deglutiendum cibum & potum, digiti, manus, brachia, & alia membra ad scribendum, pingendum, ceteraque efficienda, que motu animali tam arte, quam sine arte sponte fiunt. Ab eadem emanant varijs motus progressionis, tam piscium, & volatilium, quam animalium terrestrium, sicutque admiranda instrumenta in natura in corpore humano, aliorumque animalium ad varios motus animales exequendos.

Vires enumeratas accipiunt homo & reliqua animalia ad proprium suum commodum, ac suæ indiduita natura conseruationem. Ad conseruationem verò ac bonum totius speciei, accipiunt admirandam, multiplicemque vim: gignendi sibi simile ex semine pro animalium diuertere: quedam ouipara sunt, ex quæ sibi similia producent, alia vero varijs alijs modis suos fecundus procreant, atque ad debitum statum perducunt. Porrò hec vis est, quæ incredibili, ac penè diuino artificio totam struunt & fabricant corporis animalis efficit. Quis enim non miretur, quod eam vim semini imprimat, quæ tantam diueritatem distinctionemque membrorum atque articulorum operetur, tot quasi diuines foras corum, tot commissuras ac figuræ ossium, tot colligationes corum, tot nervos, tot venas, tot arterias, tot foramina, & plerique alia, quæ in corpore animalis perfecti, maximè humano, conspiciuntur: cùm tamen semen ipsum res adeò imperfecta sit, euīque omnes partes eiusdem penitus rationis ac natura existant, profectò hac in re adeò perspicue sapientia & potentia conditoris splendet, vt non defuerint viri ingenio praefantes, qui tantum effectum admirari, affirmauerint, non esse istud semen, vel cuius alteri cause secundæ tribendum, sed Deo solùm præsentem tamen seminem, quasi conditione quadam, sive pacto cum natura inito. At in primis qui id diceret, conferetur sanè Deum esse, quod comprobare contendimus.

Deinde posse Deum causis secundis talem ac tantam vim conferre, plus extollit ipsius potentiam, quam si solus effectum operaretur. Præterea, minimè decens est, Deum quasi fingere, quod res creatæ effectus gignant, quos reuera non gignunt singulæ, nec quod ex semine ortum esset, verè filium appellari posse. Adde, neque reddi tunc posse causam, quare inter semina animalia eiu'dem speciei, quedam potentia, quedam in potentia ad generationem comperiantur, nisi solam voluntatem Dei, qui, præse

Semen est quod efficiens fabricam corporis animalis, quod generatur, producit, & non solus Deus præse-

*Vox ipsius
in impossibili
probabilitate*

præsente uno, vellet operari, nō verò, præsente alio: quod tamen in philosophia ridiculum est, in qua legitima huiusce rei causa redduntur.

Deinde tertio loco, in probarione eiusdem maioris dicendum erat, tum de admiranda pulchritudine vniuersi & partium eius, quæ corporis oculis conspicitur, tum etiam de ea qua comparatione tantum intellectus pulchritudo dicitur, queque in perfectione ac bonitate entitutu totius vniuersi & singularium partium, atque in dispositione ac ordine earum inter se, & ad suos fines posita est, quod inf. q. 4. & 5. erit manifestum. Hanc autem Scriptura facit Genes. i. & 2. illis verbis complexa est. *Igitur perfecti sunt cali & terra, & omnia ornatus eorum, videlicet Deus unica que fecerat, & erant valde bona.*

*Minutissima
quæque tam
maiori quam
in minori
mundo, sunt
propter finē.*

Quarto & postremo loco, quoniam à fine ratio horum, quæ fuit ad finem sumenda est, maiorque mundus propter minorem, hoc est, propter hominem conditus est, à minori mundo initium sumendo, ostendendum erat, etiam minutissima quæque in utroque mundo esse propter finem, tam apposita & accommodata ad suos fines, ut nihil amplius à sapientissimo artifice desiderari potuerit, arque adeò naturam, cauſaſe omnes secundas, quo ad actiones, que libertate carent, agere propter finem. Eo autem ostendo, continuo mirabilis ordo vniuersi, & partium eius, tum ad suos particulares fines, tum etiam ad finem totius vniuersi eluceret.

At verò in homine omnia esse propter finem hac ratione explanandum, atque demonstrandum erat. Animus hominis est propter nobilissimas suas operationes intellectus, & voluntatis, quibus virtutis, laudis & premij, cognitionis rerum humanarum, ac diuinarum capacis est, atque adeò beatitudinis tam actiua, quam contemplativa, quæcumque tandem ea sit: quia omnia ex iis, quæ suprà explicauimus, sat manifesta sunt. Vnde conseqens est, animum nostrum suæ naturæ esse propter suam beatitudinem, vel huius vite, vel etiam futura, si quæ ei naturaliter esset proposta, & multò magis propter supernaturalem, si gratia, supernaturalis etiam beatitudinis conditus sit. Cùm verò corpore indiget, si non vt sit, certè vt melius, accommodatiusque ad suam naturam operetur, ut supra explicatum est, corpori fuit vnitus in ministerium suarum operationum. Quare corpus est gracia animi, & non è contrario, animisque perinde finis est corporis. Quoniam verò ex animo & corpore fit vnum per se, genitus ex utroque fuit homo, qui tamquam luppolitum, propter easdem operationes proprias animi, atque adeò propter beatitudinem actiua, & contemplatiua conditus est.

*Corpus in
hominis gra-
tia sum, &
omnis animus
genus cor-
pus.*

*Potestia in
corpo lat-
terare, sed
non quædam
sunt propter
alios, & omnes
propter
intellectus &
voluntatem.*

Ex dictis satis patet, vires in corpore humano residentes, supræ enumeratas, ita inter se esse affectas, ut quedam sint propter alias, omnes tamen tandem sint propter intellectum & voluntatem, ut operationibus suis operationes intellectus & voluntatis mediæ vel immediatæ iacent, cisque inserviant. Sola vi generante excepta, quæ in propagationem individuorum, conseruationemque speciei ordinatur. Quò fit, ut tam potentia omnes hominis, quam operationes carum sint propter finem.

*Fabrika cor-
pus huma-
nus ratio vna-
de samenda.*

Quoniam verò corpus fabricatum fuit ut vires ipsa postulabant, atque ut esset aptum instrumentum operationum earum: ex singulis viribus & operationibus earum demonstrandum esset, etiam minutissima quæque in corpore humano ita esse propter finem, ut nihil amplius à sapientissimo artifice vel effici, vel excogitari potuerit, nihilque in tam

A multiplice fabrica humana reperiuntur, quod vel superfluum sit, vel dimidiatum, vel de quo quis dicere possit, has vel illa ratione melius effici potuisse: quiporius, si quoquo modo aliquid ab ordine rebus indito aliquando deviat, statim vitiosum, minusque aptum, aut omnino ineptum comperitur. Merito ergo Regius Propheta Psal. 138. r̄em tantam admiratus, quam non nisi infinita sapientia, atque potentia efficerit potuerit, exclamans ait, *Mirabilis facta scientia tua ex me, confortata est. Et non pa-
tero ad eam.* Prater Aristotelem de partibus animalium, & alios autores, lege aurea opus Galenii de vñ partium, vbi totam fabricam corporis humani latè explicat, singulorumque rationem copiosè reddit.

*Ratio fabri-
ca corporum
caterorum
animalium
vnde sumen-
da.*

Hac eadem arte in reliquis animantibus & plantis facilè erat ostendere vires, quas cum hominibus communes habent, omnes esse propter finem. Ex viribus verò, facile erat ostendere, totam corporum ipsorum fabricam esse etiam propter finem. Maxime si fines particulares singulorum, quorum gratia propter hominem condita sunt, variaque genera animalium, elementaque diversa, in quibus, iuxta propriam cuiusque naturam degere debebant, ante oculos haberentur. Inde enim tamquam ex fine, diversæ figuræ, variaque instrumenta ad motum in volatilibus, animalibus terrestribus, atque in iis, quæ in aqua degunt, originem habent, omnia tamen accommodatissima ad suos fines reperiuntur.

*In mun-
do omnia esse
propter finē,
vnde demo-
strandum.*

Simili modo ex homine progrediendum erat ad demonstrandum omnia, que in isto mundo continentur, esse etiam propter finem. Ut verò summam rationem & viam qua id demonstrandum erat, ante oculos proponamus. Si rem diligenter attendas, inuenies mixta omnia perfecta, sive vita careant, sive viuentia sint, non esse aliud, quam copia. Aliam quandam supellest enim, tum ad alios usus homini necessarios, tum ad animi oblationem à Deo præparatum. Ex commoditatibus verò, & utilitatibus, quas mediatè vel immediatè homini afferre solent, facile erat ostendere, singula esse propter finem. Si præterea admixta imperfæcta, hoc est, ventos, pluias, &c. respicias, inuenies res esse omnino necessarias, tum ad procreationem eorum quæ in terra gignuntur, hominique necessaria sunt, tum etiam ad aëris temperiem, puritatem, ac salubritatem, atque ut mortales in Dei admirationem & cognitionem excitarent. Vnde merito D. Paulus Act. cap. 14. imbre certis quibusdam temporibus è celo effluentem, ut testimonium certum protulit, quo gentes possent in Dei veri cognitionem pervenire. Deus, inquit, in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semel ipsum reliquit, beneficium de celo, dans pluias, & tempora fructiferas, &c. Denique si ad reliquæ corpora, quæ simplicia sunt, animaduertas, inuenies, non esse aliud, quam capacissimam ac pulcherrimam domum, homini omni supellesti ad humanos usus necessaria ornataam, mirabilis & natura, & varietate partium, admirando quodam ordine, accommodatissimè fabricatam, cuius pavimentum, hoc est, terra, supra id quod postulat ipsius natura, ad habitationem & procreationem multarum rerum eminentius aquis est collocatum. Jam verò teatum variis syderibus, mira pulchritudine fulgens totam hanc domum illustrat, atque pulchritudinem illius ostendit, variisque motibus tumulorum astrorum, tum portuorum solis (qui, ne nimium ab his rebus inferioribus remotus esset, in quarto orbe est collocatus) in causa est admirande vicissitudinis

D 4 dierum

dierum ac noctium, hyemis & veris, æstatis, ac autumni, moderatürque, procreat, ac fouet, hac omnia inferiora. Ex his omnibus, si plenè vt par erat, explicarentur, luce clariū futurum erat, non minus omnia, quæ tam in magno, quam parvo mundo cernimus, fieri arque esse propter finem.

De his igitur omnibus, quæ proposita sunt, dici potuerunt multo plura ad maiorem illam propositionem confirmandam, quæ tamen confulit omitimus, ne Philosophum potius, aut astrologum, medicumve, quam Theologum agere videamus: maxime cum præter Galenum de vnu partium, aliisque in locis, Aristotelem de natura, partibus, ac generatione animalium, aliisque medicæ, anatomicaeque artis autores, Tullius de natura Deorum, aliquie hoc onere nos aut omnino, aut magna ex parte liberarint. Quod etiam postulabat studium breuitatis, quam in hoc opere sequi desideramus. Accedamus ergo ad probationem minoris propositionis.

Datur causa
agens per in-
tellectum, aqua
omnia in suis
fines dirigantur.

Prima pars minoris erat. Ea quæ in maiori propositione continentur, esse non posse, nisi detur aliqua causa agens per intellectum & voluntatem, à qua, tum res, que cognitione aut ratione carent, tum etiam quæ intellectu prædicta sunt, quo ad potentias & operationes, qua facultati liberi arbitrii non subiungunt, ea ratione in fines suos dirigantur, quod ab ea esse & vires ad operandum accipiunt. Hæc probatur, quoniam tam ea, que nec finem cognoscunt, nec ordinem meliorum ad finem, quā ea, quæ, licet illum possit cognoscere, habent tamen operationes, quæ non subiungunt directioni intellectus, ac liberi arbitrii proprii, qualia sunt ea omnia, quæ enumerata sunt, agere nequeunt propter finem, nisi ex directione, & præordinatione causa agentis per intellectum, & voluntatem, que ad id contulerit illis naturas & potentias: si ergo eiusmodi res omnes sunt, atque operantur propter finem, sit ut id esse nequeat, nisi detur causa agens per intellectum & voluntatem, à qua ea ratione in suos fines dirigantur, quod ab ea esse, ac vires ad suas functiones obeundas acceperint.

Occurrunt
cuidam re-
sponsioni.
Agere propter
finem quid.

Quod si quis dicat, responderi posse, omnia tendere in suos fines, ed quod a suis propriis formis ac naturis ad eos inclinare, neque opus esse causa extrinseca operante per intellectum & voluntatem, à qua in suos fines dirigantur & ordinentur, si quis, inquam, id dicat, in primis animaduertat, id non esse agere propter finem, sed esse tendere in aliquid non sub ratione finis: finis namque non est nisi comparatione causa, quæ ipsum finem per intellectum & voluntatem, intendit, mediumque aliquod illius gratia ordinat: Philosophi autem naturales, & inter alios Aristoteles 1. Physicorum, ex ordinatissimis actionibus rerum omnium naturalium, atque ex accommodatione quā in maxima eorum omnium quæ producebantur ad varios fines, intellexerunt, atque asseruerunt, opus nature esse opus intelligentiae, quasi à causa aliqua operante per intellectum & voluntatem res omnes naturales haberent esse, & facultates, quibus in suos fines dirigentur, eaque ratione assuerunt, naturam agere propter finem. Deinde si ordo, & accommodatio ad finem in una re aut paucis tantum cerneretur, posset verisimilitudine aliqua affirmari, accidisse vt tales res ex se ita essent inclinata, eaque ratione ordinatè tenderent ad ea ad quæ inclinantur, vt videatur esse & agere propter finem: at cùm videamus id non vñcumque, sed quā maximè splendere in toto vniuerso, & in singulis partibus, etiam minutissimis illius, quis sibi posset persuadere tam multis, ac tam varias naturas

A casu esse ex se ita inclinatas, vt videantur esse & agere propter finem, & non potius à superiori aliqua causa cognitione prædicta, quæ tam accommodatè ad varios fines, atque ad finem totius vniuersi illis esse contulerit? Atque vt è multis vnum profaramus exemplum. Quis sibi persuadeat, cùm in uno quoque hemisphario vñcias sit stella polaris, aut potius vnum tantum punctum fixum, quo veluti cardine primum mobile concurtarur, casu eueniisse, vt vis illa mirabilis, quæ est in magnete, ferrum ita afficeret, vt vnum illud punctum inter alia innumerabilia direcèt quærat, & indicet in toto hemisphario, imò si ferrum perficeretur versus vnam partem magnetis, faciat illud querere septentrionem, si vero perficeretur versus contrariam partem, faciat illud querere austrum, & non potius de industria ab auctore aliquo totius vniuersi, id esse factum, propterea quod cognitionis illius, ed quod semper immutum permaneret, necessaria esset, tum ad nauigandum, tum etiam ad alios suis.

Fatetur quidem res omnes naturales à suis formis ac naturis inclinatas esse ad suos fines, & ad finem totius vniuersi, at quod contendimus est, non potuisse tot res à suis naturis esse ita accommodatae inclinatas, nisi à causa aliqua superiori: communique auctore totius vniuersi, per intellectum operante eas ad eos fines acceperint. Omnia namque suo ordine, dispositio, ac accommodatione proclaramur, videtur, ipse fecit nos, & non ipsa nos.

Secunda pars minoris habebat. Illa eadem, qua maior propositio continet, est, non posse, nisi datur causa supra totum vniuersum, quæ potentissima, & sapientissima est, & ubique praesens, corporis expers, quæ ex se habet esse, & à qua totum vniuersum conditum est, regatur, & gubernaretur, quam Deum appellamus. Hæc probatur, quoniam talis causa neque esse potuit aliquod inferiorum corporum, ed quod, præter hominem, nullum intellectu polleat, & homo id præstatre non potuerit: neque item potuit esse aliquod celestium corporum, tum quod iuxta veriorem sententiam, nullum sit intellectu prædictum, tum vel maximè quoniam, vt rationibus præcedentibus demonstratum est, neque omnia simul sumpta gignere potuerunt hominem, aut aliud animal perfectum, nedum de nihilo illa producere. Imò potentissimum eorum, nempe sol, non solum sine influxu, & auxilio cæterorum, sed etiam sine pluvia, & aliis causis inferioribus, producere non valeret segetes, & moderari hæc inferiora, nedum de nihilo tam illa, quā superiora producere, vt tandem ordo ac dispositio admirabilis totius vniuersi, accommodatioque tantarum omnium ad suos fines ab ipso proficiat possit. Nequis enim intendens in cœlum, vidensque solem, lunam, ac cætera astra, que in ministerium cunctis gentibus condidit Deus, errore deceptus crederet aliquod eorum, aut corporum celestium, primam ac supremam esse causam, ita Deus vim agenti illis distribuit, eaque dispositum, atque à se inuenit, ad effectuum productionem, inferiorumque moderationem dependentia effinxit, vt nullus, qui rem attente consideraret, suplicari posset, aliquod eorum esse primam causam, sed facile intelligeret, aliud quippiam esse nobilitate ea omnia longè excellens, Deum esse, à quo cuncta haberent esse, atque in suos fines tam accommodatè dirigerentur, vt vñcas, atque ordo totius vniuersi aperte testantur. Quod autem ea causa corporis debeat esse expers, atque ubique præsens, haberéque debet esse ex se, demonstratum est 1. & 3. ratione superioribus.

Fabrica

Mirabilia
vñcias ma-
gnas.

Psal. 95.
Causa datur
supra totum
vniuersum
potentissima,
sapientissima,
ubique pra-
sens, corporis
expers, quæ
ex se habet
esse, & à qua
totum uni-
uersum con-
ditum est, &
regatur.

Solem &c
terra astra
ita Deus di-
sposuit in hos
vñcias, at
que à se in-
uenit dep-
endentia fecit,
vt nullus, qui
recedere posse
suplicari posset
aliquid cor-
deum esse.

Fabrica vniuersitatis tam aperte Deum esse demonstrat, ut meritò regius Propheta insipientem eum appellauerit, qui in corde suo dixit, non est Deus. Vnde dimisstratur, quod Deus est.

Tullius secundo de natura Deorum. Quid, inquit, si pars esse tam apertum, tanguis per spiculum, cum cœlum suspicimus, celestiaque contemplari sumus, quam aliud quod esse numerus præstantissima mensis, quo haec regantur. Er in libro de divinazione. Ese, inquit, præstantem aliquam, eternamque naturam, & eam suspiciendam, adorandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordine rerum celestium cogit confiteri. Et Laetantius, Nemo, inquit, tam rufis vñquam fuit, tamque feris maribus, qui oculos suos in cœlum tollens, aliquam Dei prouidemiam in intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, virilate & pulchritudine.

Plato præterea in Timæo, mundum à Deo factum esse aeternum propter hominem, tamquam eius domicilium, tertium multitudinem in eo repartam, in vicuum, vestitum, aliaque subfida vitæ homini à Deo esse collata.

Car in mundo miseria agnoscitur. Neque illud mouere quempiam debet, quod tot aduerteret in hoc modo experiamur, quod tot calamitatibus & ærumnis finis expositi, quod denique leta & prospera omnia, non solum fluxa & caduca, sed & ita affecta sunt, ut si quis pulchritudini, iucunditati, ac dulcedini eorum inharrere velit, quasi se omnibus insulsum reperiatur, omniamque tandem eum sapientissimo Salomon (qui corum affluentia maxima potitus est) non aliud, quam vanitatem & afflictionem spiritus compreserat. Id namque non sine magno conatu ab aurore ipso natura propter duo inter alia, de industria factum est.

Cum enim vitam huius facili instituerit, non in requie, neque præmitum, sed ut ad breue tempus hominibus esset in certamen, ac meritum ad eternam, ita vñiuersum hoc sua prouidentia disposuit, ut ex illius pulchritudine, ordine, iucunditate, ac perfectione rerum, quibus conflat, facile homines valente affligeret in cognitionem magnitudinis, perfectionis, bonitatis, sapientia, dulcedinis, ac suavitatis illius principij, à quo veluti è fonte omnia emanarentur, & quo homines in premium suorum meritorum post huius seculi vitam potiri deberent, similius excitarerentur in laudem, cultum, amorem, ac obsequium conditoris, tantumque premium atentius promereri contendenter, & nihilominus, si posthabitu fine, & premio ad quod conditi sunt, plus iusto contra Dei voluntatem rebus creatis inharrere, locumque certaminis, peregrinationis, laboris, ac meriti pro vera patria ac quietis loco habere vellent, omnia vanæ, caduca, afflictiones, & que amaritudinis plena intinuerent. Ecce vnum Dei consilium, cur ita res disposuerit in hoc vñuerso.

Secundum Dei consilium, Ut alterum intelligas, memento, Dum in statu illo felicissimo, in quo primos parentes condidit, ita illos aduersus omnia, que nocumenta, molestiamque afferre possent, supra id quod natura rerum postulabat, donis iustitiae originalis communiuisse, ut nihil ipsis, neque ipsorum posteris nocere, aut aduersari valeret. In peccatum ergo delictorum, si sua culpa ab statu illo felicissimo deciderent, ita natura rerum Deus alto consilio, ac recondita prouidentia iustissime in hoc vñiuero disposuit, ut ab eis deinceps, & molestiam acciperent, & variis huius vita ærumnis obnoxij remanerent. Quæ tamen omnia ad agomen, & cum laetitia meritorum per gratiam Christi hominibus cedunt, ut 3. parte q. 1. latrius exponimus.

Ex quatuor rationibus propositis, si paucissima addamus, manifestissima sunt, quæ sequuntur. Est substantiam quandam totius vñiuersi ex nihilo.

A febricem quæ proinde omnia in se eminenter continet, quam Deum appellanus, esque corporis sex pertem, vñque per essentiam trahentem, ex se, & non ab alio habentem esse, ac proinde sempiternam, quæ neque incipere potuerit, neque posse definire, fontem & originem omnium rerum, atque aedc ens perfectum, ac bonum per essentiam, alia vero per participationem illius, sapientem, ac libero arbitrio predictum, tum quod liberum arbitriu hominibus contulerit, quod esse non potuit, nisi etiam liberum arbitrium haberet, ut ratione secunda ostendam est, tum quod ordo vñiuersi, vires, & partes singulorum, tam accommodatæ ad suos fines constituta, aperte ostendunt, voluntatem primæ cause fuisse, quæ res pro suo arbitratu tam aptè disposuerit, & non quasi ex necessitate nature potentiam Dei ad hos, vel ad illos effectus, & ad hunc, vel ad illum ordinem rerum fuisse determinatam, sed liberè, quando, quo ordine, ac modo voluerit, effectus? Quis enim dubitet, eum qui de nihilo tam apposite, & talibus mediis ad suos fines vñiuersum hoc fabricauit, potuisse eadem potentia alia media, vel ad eodem fines, vel ad alios efficere, arque ordinare?

Quis etiam non videat, primam causam, per quam potentiam de nihilo produxit hunc mundum, potuisse & posse producere alios similes, cum experientia ipsa testetur, causas secundas per virtutes à prima acceptas, & qua facultate vnum numero effectum productum, producere etiam posse alios, atque alios in infinitum. Quare ex dictis etiam constat, Deum non solum ea ratione omnipotentem esse, quod

fons & origo sit eorum omnium, quæ sunt, nihilq; esse possit, quod ab eo tamquam à primo principio non emanet: sed etiam ex eo quod potestiam habeat ad efficiendum pro arbitrio sua voluntatis, quicquid ex rei natura esse non repugnat, ita quod non solum ab hominibus, aut angelis, sed neque ab ipso Deo cogitari possit aliquid, quod habeat rationem tei, que quantum est ex se, esse posset, si potentia daretur efficax ad illud producendum, quod Deus nō valeat producere. Atque hoc est quod Angelus Luce 1. Beatisimæ virginis Mariæ dixit: Non erit impossibile apud Deum omne verbum, hoc est, omne quod quoquomodo concipi potest secundum rationem rei que de se sit possibilis. Ex his veterius constat, Deum esse infinita atque illimitata entitas, perfectionis, bonitatis, sapientie atque potentie: id quod modus etiam præducendi res de nihilo saderet, ut quæst. 7. videbimus. Similiter etiam manifestum est, catena quoque attributa diuina infinita esse atque illimitata.

Hei in lucem & fundamentum eorum, quæ de attributis diuinis disputanda sunt in sequentibus, dicta sunt hoc loco. Ex quibus constat, meritò Paulum ad Romanos 1. dixisse, Quod nōrum (id est, Iuventutis naturalis vestigabile & cognoscibile) est Dei, manifestum est in illo (philosophus scilicet) Deus enim istis manifestauit: subiungitque modum dicens, Invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellectu conspicuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Quem locum homilia 9. ad populum Antiochenum Chrysostomus enarrans ait,

An omnis oculus creaturam in medio proposuit, ut ex operibus creatorem coniiciant. Coniungens vero cum illo enarrationem illius alterius loci ex Psalmo 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & ita ait: Quammodo enarrant, dic mibi vocem non habent, os non possident, illis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsam aspectum. Cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, cœlitudinem, suum formam, per tantum corporis

*tis colligitur
Deū esse, col-
legunturque
ac demonstra-
tur varia
illius atri-
buta.*

*Demonstra-
tur esse in
Deo liberum
arbitrium?*

*Deum pro-
ducere posse
plures modos
demonstratur.
Deum esse
omnipotentem
demonstratur.*

*Deus infini-
ta & illimi-
tata entita-
tes, perfec-
tione, bonitati-
bus, sapientia &
potentie.*

permeare, tamquam vocem audiens, & aspectum A dicens, adores eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit: tacet & claram, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorum emittit, per oculos, non per aures nos docens: hic enim sensus a natura est illo certior & manifestior: si enim per libros docuisset & literas, linguarum quidam peritus scripta diuiciisset, nesciens vero, nihil inde adiuveret, si quis alius non dixisset. Et duies quidam librum emiserunt pauper autem emere non potuisse. Rursum: Vocabulum quidem illud per literas significatam sciens in his posuisse nosse: Scylax vero, Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnes lingua carenes illa, nihil debet abfisen: Hoc autem de celo differe datur, sed Scylax, & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & Omnis homo per terram vadens, hanc vocem audiet: non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. Visibilium autem participatio eadem, neque differens, sicut linguarum. In hunc pariter librum & idiota, & sapientis intueri poteruntur. & pauper, & dives, & quocumque quis venerit, in celum respiciens, sufficientem accipere doctrinam ex apostoli: quod quidem & ipsi propheta annuens, quod vocem creatura barbaris emittit, & Graecis, & omnibus uniuscuiuslibet hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: hoc est, non est genus, neque lingua, que hanc vocem intelligere non posset. Haec tenus Chrysostomus.

Triplex via cognoscendi Deum naturaliter ex B. Dionysio.

Prima causa solitaria.

Secunda eminentia.

Creatura esse nequeunt perfecta Dei similitudo, sed imperfetta velut quasi vobis.

Attributa divina propria logica.

Illud ultimum addiderim, triplicem tradi viam cognoscendi Deum naturaliter ex B. Dionysio. Prima, atque fundamentum aliarum appellatur causalitatis: cum videlicet ab ipsis rebus naturalibus ad primam causam effectricem cognoscendo progressimur. Haec via licet cognoscatur prædicta quædam propria Dei, comparatione tamen creaturarum ei conueniunt, aut certè admixtam habent aliquam negationem, ratione cuius intelliguntur soli Deo conuenire, qualis sunt, esse primam causam, esse creatorum sempiternū, & similia. Quare nullum hac via prædicatum mere possumus & absolutum de Deo concipimus: quod sit, ut hac via quidditatim Deum minimè cognoscamus.

Secunda via appellatur eminentia. Etenim cum via causalitatis ostendatur, Deum esse causam primam omnium rerum, omniamque ab eo tamquam è fonte, & prima causa æquiuoxa efficiente emanasse, liquidò constat, creata omnia in eo esse altiori quodam modo, quam in se ipsis. Cum item via causalitatis ostendatur, Deum habere essentiam, & potentiam infinitam, ac illimitatam, dubium non est, Deum esse, ac proinde illud esse, quod creata in eo habent, in infinitum distare à rebus creatis, & ob eam causam creata esse non posse perfectam Dei similitudinem, sed imperfectam valde, quasi vestigium à perfectione, & ab esse diuino multum deficiens, ut Dionysius de ecclesiæ Hierarchia c. 2. & aliis in locis affirmit. Si ergo ante oculos constituamus magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, perfectionem, arque ordinem rerum omnium, que à Deo emanarunt, similius facultates ac vires earum, indéque mentem ad eminentiam causæ unde prodierunt, attollamus, pariterque attendamus, nihil limitatum, quod in rebus creatis concipiimus, posse Deo conuenire, sed ea, que perfectioni finita & infinita, atque illimitata communia sunt, non solum in admiratione magnitudinis, perfectionis diuinæ, attributorumque diuinorum rapiemur, sed etiam comprememus, ea tantum prædicta realia absoluta (id est, non significantia respectum ad creaturem) esse attributa diuinæ, in eo formaliter existentia, que perfectioni finita & infinita atque illimitata com-

A munia sunt, qualia sunt entitas, substantia, sapientia, bonitas, intellectus, voluntas, &c. Quorum quædam, ut interna & quidditatua Deo concipiuntur, cuius modi est ens, essentia, substantia, & spiritus quædam verò ut affectiones Dei atque essentia, quæ proinde peculiari ratione attributa Dei & essentia dicuntur: huius generis sunt intellectus, voluntas, sapientia, bonitas, &c. Cùm vero hæc à nobis concipi non possint in hac vita, quemadmodum realem quem habent in Deo, eò quod illum res creare, ut pote ab illo infinitè distantes, non possint ostendere: fit, ut neque via eminentia conceperimus absolutum realem proprium Deo, in quo nihil negationis admisceatur, formare possimus in hac vita, sed solum prædicta communia Deo & creaturis: atque adeò sit, ut neque Deum in hac vita quidditatua, quoad proprii ipsius prædicta, cognoscere valeamus.

Tertia via dicitur remotionis, cùm videlicet prædicta realis & absoluta, que Deo & creaturis communia sunt, ad Deum coactamus adiunctio ne alicuius negationis, qua omnem creaturarum imperfectionem à Deo removemus. Hoc pacto mente concipimus Deum, enī quoddam atque substantiam infinitam, illimitatam, simplicem omnino, omnipotentem, incomprehensibilem: concipimus etiam eum, sapientiam infinitam, bonum per essentiam, id est, non per participationem ab alio, &c. At licet hac via prædicta Deo propria concipiamus, non tamen concipimus prædicta incomplexa, sed complexa, potiusque cognoscimus de Deo quid non sit, quād quid sit, ut Dionysius tum c. 2. de celesti hierarchia, rum alibi, & Damascenus libro fidei orthodoxæ cap. 4. aliique Parthes arque scholastici Doctores affirmant. Verba Dionysij hæc sunt. Nonnumquam dissimilibus interpretationibus, que negant, ab eisdem Scripturis laudibus diuina essentia ornatur. Ut cum eam, ut ita dicam, inuisibiliter dicunt, immensam, atque incomprehensibilem: que quidem non sit, sed quid non sit significant. Hoc enim mea quidem sententia magis proprie in ea dicuntur, &c.

QVÆSTIO III.

De Dei simplicitate.

DEMONSTRATVM est quæstionis præcedente, Deum esse. Quoniam vero in hac vita cognoscere non possumus de Deo quid sit, sed potius quid non sit, removendo ab eo imperfectiones creaturarum, ut finem quæstionis præcedentis ostendim: id præstat D. Thomas questionibus sequentibus. Hac ergo 3. q. ostendit, Deum esse simplicem omnino, id est, carere omni genere compositionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit corpus.

TERTULLIANVS, ut Augustinus de hæresibus, hæresi 86. refert, in eo fuit errore, ut diceret, Deum esse corpus. Eum tamen nititur ibi excusare Augustinus, quod forte in eo sensu intellexerit esse corpus, quod non sit nihil, sed substantia indiscibilis, ubique praesens. Heretici Vadiani nuncupati, afferuerunt, Deum esse corpus cum membris & effigie instar hominis, ut Augustinus ibidem hæresi 50. refert. Qui ob eam causam Anthropomorphite dicti sunt.

Contra

Error eorum
qui Deum
esse corpus
afferuerunt.

Ordo que-
stionis in ius
ad præceden-
tem, & se-
quentes.